



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 20. Caput III. De excellentia SS. Eucharistiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

„effudit , memoriam faciens mirabi- Sæcul. XVI.  
„lium suorum , & in illius sumptione A C 1551  
„colere nos sui memoriam præcepit,  
„suamque annuntiare mortem , donec  
„ipse ad judicandum mundum veniat.  
„Sumi autem voluit Sacramentum hoc,  
„tanquam Spiritualem animarum ci-  
„bum , quo alantur , & confortentur  
„viventes vita illius , qui dixit : qui  
„manducat me , & ipse vivet propter  
„me: & tanquam antidotum , quo li-  
„beremur a culpis quotidianis , & a  
„peccatis mortalibus præservemur.  
„Pignus præterea id esse voluit futuræ  
„nostræ gloriæ , & perpetuæ felicita-  
„tis , adeoque Symbolum unius illius  
„corporis , cuius ipse Caput existit,  
„cujusque nos tanquam membra arctis-  
„sima Fidei , Spei , & Charitatis con-  
„nexione adstrictos esse voluit ; ut id  
„ipsum omnes diceremus , nec essent  
„in nobis Schismata.

## §. XX.

## C A P U T III.

*De excellentia SS. Eucharistiae.*

„Commune hoc quidem est Sanctis Matth. c. 26.  
„simæ Evcharistiae cum cæteris Marc. c. 14.  
„Sacramentis , Symbolum esse rei sa- v. 22  
„cræ , & invisibilis gratiæ formam vi- Roman. c. 6.  
„sibilem : verum illud in ea excellens ,  
„& singulare reperitur , quod reliqua

Sæcul. XVI. , Sacra menta tunc primum sanctifican-  
A.C. 1551. „di vim habent, cum quis illis utitur.  
 „At in Evcharistia ipse Sanctitatis au-  
 „tor ante usum est; nondum enim Ev-  
 „charistiam de manu Domini Apostoli  
 „sufficerant, cum vere tamen ipse af-  
 „firmaret Corpus suum esse, quod præ-  
 „bebat, & semper hæc fides in Eccle-  
 „sia Dei fuit, statim post consecratio-  
 „nem verum Domini nostri Corpus, ve-  
 „rumque ejus Sanquinem sub panis,  
 „& vini Specie una cum ipsius anima,  
 „& Divinitate existere; sed Corpus  
 „quidem sub Specie panis, & Sanqui-  
 „nem sub vini specie ex vi verborum:  
 „ipsum autem Corpus sub specie vini,  
 „Sanquinem sub specie panis, ani-  
 „mamque sub utraque vi naturalis illius  
 „connexionis, & concomitantiae, qua  
 „partes Christi Domini, qui jam ex  
 „mortuis resurrexit, non amplius mo-  
 „riturus, inter se copulantur: Divini-  
 „tatem porro propter admirabilem illam  
 „ejus cum Corpore, & anima hypo-  
 „staticam unionem, quapropter veris-  
 „simum est, tantundem sub alterutra  
 „specie, atque sub utraque contineri,  
 „totus enim, & integer Christus sub  
 „panis specie, & sub quavis ipsius spe-  
 „ciei parte, totus item sub vini specie,  
 „& sub ejus partibus existit.

§. XXI.